Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



41
52v

Incipit regula Pauli et Stephani.

INPRIMIS ergo hortamur ut timorem dei & mutuam caritatem et unanimitatem omnis in bonis studiis habeamus.

Quales circa iuuenes esse debeant seniores. II.

SENIORES iuniores affectum paternum impendant. & cum impendi necessarium fuerit. non tumenti animo ostentare et clamosis uocibus sed fiducialiter tranquilla simplicitate & auctoritate bone uite ad pagendam communem utilitatem que fuerint oportuna iniungant.

Qualiter circa seniores se iuuenes exhibere debeant. III.

IUNIORES seniores sincera subiectione obediant. nec tumenti ceruice inquocumq; respondeant aut fastidienti animo & negligenti aure impartire obedire detractent. sed unanimiter et concorditer tam in spirituali ope quam in terreno labore omni fideli intentione occupentur.

Nulli liceat ut ab ope dei nullus nisi permissus discedat. IIII.

absq; prioris permissu ab ope dei discedere. sed quae causa manifeste compulerit. oratione a priore speranda & concessa discedat. nec bini aut terni sed singillatim eeuntes orationem sperent. ita ut qui sani sunt primus reuertantur. qui uero infirmi. ex permissu redeant ad cubile. Ut in mu uersus in choro ab uno incipiatur. V.

INITIUM uersuum per psallentium choros priores qui uersum stant incipiant aut si eis adueniat infirmitas. hi incipiant quibus iusserit pater. Quibus incipientibus. mox omnis si potest fieri in prima aut secda syllaba pariter unanimiter et uno ore subiungant. ut non fiat dissonantia in cio cantantium. que maxime ab inordinato incio & quodamodo contentiosa uarietate solet accidere. Choro. VI.

IUNIORES et maxime qui adhuc psalmos. Ut iugiter pneumatem in dicere meditantur per choros et ordine & sine negligentia dicent. ita ut abeo loco aquo adhuc minores ignorant. hi iuniores qui iam psalmum finierint pordine sibi in dicendo succedant. ut omni tempore per nuntiandi usus non desit. De modo psallendi & cantoris arbitrio. VII.

PSALLENDI quoq; modus si possibile est omni tempore cum temperamento nobis tenendus est. ut nec nimium praecipitet nec super modum correpte. sed ut dictum est temperata semper modulatione dicatur. seruato tamen caritatis affectu. ut secdm uoluntatem et arbitrium poris cui semper considerandi & ppendendi tempus hora causam. pomma immine